



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 106. Michaelis Alfonsi Caranzæ Carmelitæ mors.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

carum: exstat quoque illius opus de re- Sæc. XVII.  
rum Polonicarum Scriptoribus. A. C. 1607.

## §. CVI.

*Michaelis Alfonsi Caranzae Carmelitæ mors.*

Huic pari fato successit Michael Al- Bibl. Script.  
fonfus Caranza natione Hispanus, Carmel.  
patria Valentinus, qui ibidem Ordinem And. Schott.  
Carmelitarum professus ac primarius in Bibl. Hisp.  
Hoscensi Academia Professor renuntia- Poffev. ap-  
par. tom. 2.  
tus tam in patria sua quam Cæsar-Au- Mira.  
gustæ inter fidei Qualificatores, utvo- Script.  
cant, recensebatur. Ter quoque Ar- Sæc. XVII.  
ragonensem Provinciam moderatus,  
neconon Generalis Hispaniæ Vicarius,  
atque Apostolicus Regiusque Lusitaniæ  
Visitator nominabatur. Tandem vero  
octogenario major Valentiae deceffit.  
Hic omnium primus in lucem edidit li-  
brum Sancti Ildephonsi Toletani Archi-  
episcopi de illibata Beatæ Mariæ Vir-  
ginitate, cui adjecit soluta Sanctorum  
pronuntiata ad quemdam Neophytum, po-  
steris quoque reliquit librum unum præ-  
lectionum Theologicarum, & alterum  
decretorum, præter pium quemdam li-  
bellum, cui titulus, iter ad cælum, nec-  
non doctrinam de Religiosis Novitiis, Pro-  
fessis & Monialibus.

S 4

§. CVII.